



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 41. Duo Consiliarii a Ferdinando ad Navarræ Regem deputati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

dioni initium daretur, Navarræ Regem, *Sæcul. XVI.*
 ut ad Hispanorum atque Anglorum par- *A. C. 1512.*
 tes accederet, sollicitare oporteret.

§. XLI.

*Duo Consilarii a Ferdinando ad Na-
 varræ Regem deputati.*

His rationibus ab Anglo comprobatis, *Surita l. 10.*
 Rex Catholicus duos Regni sui Con- *c. 7. & 8.*
 siliarios ad Navarræ Regem tum in Gal-
 liis agentem ablegabat, qui Regis sui no-
 mine exponerent, quod Hispani atque
 Angli decrevissent, junctis viribus, toto-
 que armorum apparatu Aquitanniam in-
 vadere, eo duntaxat consilio, ut Gallia-
 rum Regem, ne diutius Ecclesiam schis-
 mate scinderet, præpedirent; hinc se-
 sperare dicebant, quod Navarræ Rex sal-
 vo honore suo transitum negare haud pos-
 set, eoquod hujus coeli temperies ex-
 teris minus propitia esset, proin Regem
 Catholicum tres, quatuorve urbes a Na-
 varro petere ajebant, ne forte hostes ea-
 rum opportunitatem in Hispanorum dam-
 num verterent, eas tamen nonnisi quin-
 que aut sex mensibus retinendas promit-
 tebant, cum illud temporis spacium ad
 Aquitanniæ expeditionem sufficere cre-
 derent, qua parta urbes non minori, quam
 traditæ fuissent, fide mox restituendas
 pollicebantur. Tantam postulati liberta-
 tem

Hist. Eccles. Tom. XXXII. F f tem

Sæcul. XVI.
A.C. 1512. tem Navarrae Rex vehementer admiratus, ambos Hispaniae Consiliarios vana spe lactandos duxit, donec de periculo sibi imminente Ludovicum certiores reddidisset, ab eoque suppetias impetrasset. Interea Galliarum Rex totum ferme exercitus sui robur ad Aquitaniae Provinciam admovebat, ductore Francisco Aurelianensi Longevillano Duce: accepto autem Navarrae Regis nuncio, Belliduci suo negotium dedit, ut exercitum in duo agmina partiretur, alterumque Palicio mitteret, Navarrae versus ducendum; ast Longevillanus iussa Regis exequi neglexit, persuasus, Anglis resistendo se imparem fore, si ex Regis sententia exercitus sui numerum media omnino parte imminueret, cum tamen Angli ad solam excensionem totidem ad minus milites paratos haberent, quot ipse in suis castris recensere posset.

§. XLII.

Hispanorum exercitus Navarrae.

Marian. lib. 30. n. 50. Ceterum Rex Catholicus Navarrae occupare unice intentus erat, atque ad auspiciandam expeditionem Albæ Dux Victoriae agens, ultima Regis Domini sui mandata praestolabatur. Hic in exercitu suo recensebat mille cataphractos, mille quingentos levioris armaturæ equites